Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Post aspersionem aq. Dns vobiscum Oremus.
Exaudi nos dne sancte pr omnipotens eterne deus et mittere
dignare sanctum angelum tuum de celis qui custodiat foueat pro
tegat uisitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo
Per dmm nm ihm xpm filium tuum qui tecum uiuit et regnat deus per omnia sa-

Explicit missale secundum ordinem Cysterciensem scriptum
Benedicto amoris sancti Johannis euangelistae

Domine deus et pater dmi nri ihu xpi cui uerbo celi fir-
mati sunt cui omnis creatura deseruit quia omnis
potestas subiecta est metuit et expauescit. nos te ad
auxilium nrm inuocamus cui audito nomine serpens aques-
tris draco fugit. silet uipera. et subdita illa que dicitur
rana inquieta tempestat. Scorpius extinguitur. regulus
uincitur. Squalandri nichil nocui operantur. et omnia vene-
nata et feria serpentia. et animalia noxia terebrantur.
et omnes aduersi humanae saluti radices arescunt.
Per amorem tui dilecti Johannis extingue in hoc puteo ve-
nenum mundi. extingue omnes operacones mortiferas. qui
bibituri sunt tui dilecti. et in aspectu tuo omnibus
his quos tu creasti. et pretioso sanguine redemisti.
da oculos ut te uideant. aures ut te audiant. et
cor ut magnitudinem tuam intelligant. Per eundem dn. n.
In principio erat uerbum. etc. Hoc euangelium dicatur in fine.